

## Dialogorum

## liber III

eum isdem beatus martyr Euthycius assistit dicens: Redēte vigilas? Cui respondit: Vigilo. Qui ait: Finis venit vniuersę carnis: finis venit vniuersę carnis: finis venit vniuersę carnis. Postquam trinam vocem visio martyris cum omnipotentis dei gratia: que mentis eius oculis apparebat: euauit. Tunc vir domini surrexit seque in orationis lamentum dedit. Mor enim illa terribilia in celum signa secuta sunt: vt haste atque acies ignee ab aquilonis parte viderentur. Mor effera longobardorum gens de vagana sue habitacionis educta in nostram ceruicem crassata est: atque humanum genus quod in hac terra pre nimia multitudine quasi spisse segetes more surrexerat: succisum aruit. Nam de populate vrbibus et euerfa castra: cõtemas te ecclesie destructe sunt: monasteria viro- rum ac feminarum desolata: et ab hominibus predia atque ab omni cultu desituta: in solitudine vacat terra. Nullus hanc possessor inhabitat: occupauerunt bestie loca que prius multitudo hominum tenebat. Et quid in alijs mundi partibus agatur ignoro. Nam in hac terra in qua nos viuimus: finem suum mundus iam non nunciat: sed ostendit. Tanto ergo nos necesse est instantius eterna querere: quanto a nobis cognoscimus velociter temporalia fugisse. Despicendus a nobis hic mundus fuerat: etiam si blandiretur: si rebus prosperis demulceret animum. At postquam tot flagellis premitur: tanta aduersitate fatigatur: tot nobis quotidie dolores ingeminat: quid nobis aliud quam ne diligitur clamat. Multa autem fuerant que adhuc de electorum factis narrare debuissim: sed hoc silentio suppressimo: quia ad alia festino.

## Petrus:

¶ Ha multos intra sancte ecclesie gremio constitutos: de vita anime post mortem carnis perpendo dubitare. Unde queso: vt debeas: vt qua ex ratione possit agnosci: vel si qua anima

rum exempla animo occurrunt pro multorum edificacione dicere: vt hi qui suspicantur discant cum carne animam non finire.

## Gregorius.

¶ Abominosum valde hoc opus est: et maxime occupato animo ad alia tendenti. Sed si sunt quibus prodesse valeat: voluntatem meam proculdubio postpono vtilitati proximorum: et in quantum deo largiente valuero: quod anima post carnem viuat: subsequenti hoc quarto volumine demonstrabo.

Explicit liber tertius dialogorum beati Gregorii.

Beati Gregorii pape dialogorum liber quartus: de eternitate animarum: feliciter incipit.

¶ Quia eterna ac spiritualia ideo a carnalibus minus credantur: quia ea que audiunt per experimentum minime nouerunt.

## Capitulum. I.